

a tamen etiam a nos possumus cogitare, quod medicus bonus ægrotum, & odit, & diligit: odit enim, quia ægrotat; diligit, ut ægritudinem pellat.

CAPUT

XXIII.

Quomodo caritas veræ patientiæ, ita cupiditas fons malæ patientiæ. Rom. 5. 5.

20. HÆC propter caritatem dicta sint, sine qua in nobis non potest esse vera patientia: quia in bonis caritas Dei est, quæ tolerat omnia, sicut in malis mundi cupiditas. Sed hæc caritas per Spiritum sanctum est in nobis, qui datus est nobis. Unde à quo nobis est caritas, ab illo est patientia. Mundi autem cupiditas, quando patienter sustinet onera cujuslibet calamitatis, gloriatur de viribus propriæ voluntatis, tamquam de stupore morbi, non de robore sanitatis. b Insana est ista gloriatio; non est patientiæ, sed dementiæ. Voluntas ista tanto videtur patientior acerborum malorum, quanto est avidior temporalium bonorum, quia inanior æternorum.

CAPUT

XXIV.

Voluntatem malam esse etiam sine spiritu mali instigatione.

c

d

e

21. QUOD si eam exagitat & inflammat fallacibus c visis & suasionibus d immundis diabolicus spiritus & maligna conspiratione sociatus, efficit hominis voluntatem, vel errore dementem, vel appetitu cujuslibet mundanæ delectationis ardentem: e quæ cum videtur intolerabilia mirabiliter sustinere, non tamen ideo etiam voluntas mala sine instigatione alterius immundi spiritus, sicut voluntas bona sine adjutorio sancti Spiritus, non potest

es-

a Ita duo Vaticani MSS. Alii verò plerique cum editis, non possumus.

b Sic MSS. At editi, Insania.

c Plures MSS. visibus. In persimili loco libri de Continentia, cap. 2. n. 3. legitur: Quisquis in corde occurrentibus suggestionibus quorumque visorum... consensit.

d Aliquot MSS. immundus & diabolicus spiritus. Et mox Vaticani duo, et maligna conspiratione sociatus.

e Sic probæ notæ MSS. At editi, quæcumque videntur

esse. Nam esse posse voluntatem malam etiam sine aliquo spiritu vel seducente vel incitante, in ipso diabolo satis ostenditur, qui per nullum alium diabolum, sed propria voluntate factus diabolus invenitur. Voluntas itaque mala sive cupiditate rapiatur, sive timore revocetur, sive lætitia diffundatur, sive tristitia contrahatur, atque in his omnibus perturbationibus animi quæcumque sunt aliis vel a alio tempore graviora contemnat & perferat; potest & sine alterius spiritus instinctu se ipsa seducere, & defectu à superioribus in inferiora lapsando, quanto jocundius æstimaverit quod adipisci appetit, vel amittere metuit, vel adeptum gaudet, vel amissum dolet, tanto tolerabilius pro eo ferre quod sibi minus est ad patiendum, quàm illud ad fruendum. Quidquid enim illud est, ex creatura est, cujus nota b voluptas est. Quodam modo enim familiari contactu atque connexu ad experiendam ejus suavitatem adjacet amanti creaturæ amata creatura.

22. VOLUPTAS autem Creatoris, de qua scriptum est: *Et torrente voluptatis tuæ potabis eos*; longè alterius generis est: neque enim, sicut nos, creatura est. Nisi ergo amor ejus detur inde nobis, non est unde esse possit in nobis. Ac per hoc voluntas bona, qua diligitur Deus, in homine non potest esse, nisi in quo Deus operatur & velle. Hæc igitur voluntas bona, id est, voluntas Deo fideliter subdita, voluntas sanctitate superni ardoris accensa, voluntas quæ diligit Deum & proximum propter Deum; si-

I 4

ve

a Plerique MSS. vel eo tempore.

b Editi, voluntas est. Verius MSS. voluptas est.

CAPUT

XXV.

Bona voluntas non nisi ex Deo.

Psal. 35. 9.

Phil. 2. 13.

ve amore, de quo respondet Apostolus Petrus:
Joan. 21. Domine, tu scis quia amo te; sive timore,
15. de quo dicit Apostolus Paulus: In timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini;
Phil. 2. 12. sive gaudio, de quo dicit: Spe gaudentes, in tribulatione patientes; sive tristitia,
Rom. 12. qualem se dicit magnam habuisse pro fratribus suis; quæcumque amara & aspera sufferat, caritas Dei est, quæ omnia tolerat, quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.
*Rom. 9. 2. * CAPUT XXVI. Piorum patientia Dei donum.*
*1. Cor. 13. 7. * UNDE nequaquam dubitante pietate, sicut caritas sanctè amantium, ita patientia piè tolerantium Dei donum est. Neque enim divina Scriptura fallit aut fallitur, quæ non solum in veteribus libris habet hujus rei testimonia, cum Deo dicitur: Patientia mea tu es; & Ab ipso est patientia mea; & ubi alius Prophetæ dicit, accipere nos Spiritum fortitudinis; verum etiam in apostolicis litteris legitur: Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini propter eum. Non ergo quasi de proprio faciat animum elatum, quod sibi audit esse donatum.*
Psal. 70. 5. Ab ipso est patientia mea; & ubi alius Prophetæ dicit, accipere nos Spiritum fortitudinis; verum etiam in apostolicis litteris legitur: Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini propter eum. Non ergo quasi de proprio faciat animum elatum, quod sibi audit esse donatum.
Psal. 61. 6. Phil. 1. 29.

23. Si quis autem non habens caritatem, quæ pertinet ad unitatem spiritus & vinculum pacis, quo catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammam, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum, & ignis æterni; nullo modo ista culpanda sunt, imò verò & hæc laudanda patientia est. Non enim dicere poterimus, melius ei fuisse ut Christum negan-

gando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo; sed existimandum est fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa vitaret: ut illud quod ait Apostolus: *Si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest; nihil prodesse intelligatur ad regnum cælorum obtinendum, non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum.*

24. SED meritò quæri potest, utrùm & ista patientia donum Dei sit, an viribus tribuenda sit voluntatis humanæ, qua quisque ab Ecclesia separatus, non pro errore qui eum separavit, sed pro veritate sacramenti seu verbi quæ apud eum remansit, timore pœnarum æternarum pœnas patitur temporales. Cavendum est enim, ne fortè, si Dei donum istam patientiam dixerimus, hi quibus inest, etiam ad regnum Dei pertinere credantur: si autem illam donum Dei esse negaverimus, cogamur fateri, sine adjutorio & munere Dei in voluntate hominis esse posse aliquid boni. Neque enim hoc non est bonum, ut credat homo æterno supplicio se esse puniendum, si negaverit Christum, & pro ista fide qualecumque supplicium perferat & contemnat humanum.

25. PROINDE sicut negandum non est hoc esse donum Dei, ita intelligendum est alia esse Dei dona filiorum illius Jerusalem, quæ sursum libera est mater nostra (* HÆC sunt enim quodammodo hæreditaria, in quibus sumus hæredes Dei, cohæredes autem Christi) alia verò quæ possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus iudæi carnales & schismatici vel hæretici comparantur. Quàm-

I Cor. 13. 3.

CAPUT XXVII. An hæc eorum patientia sit Dei donum.

Dona filiorum hæredum, & dona filiorum exheredatorum diversa.

Gal. 4. 26.

* CAPUT XXVIII. Rom. 8. 17.

vis

Gal. 4. 30.
Gen. 21. 10.

vis enim scriptum sit: *Ejice ancillam & filium ejus; neque enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac; & Abrahæ dixerit Deus: In Isaac vocabitur tibi semen;* quod sic est Apostolus interpretatus, ut diceret: *Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed filii promissionis deputantur in semine;* ut intelligeremus semen Abrahæ secundum Isaac propter Christum ad Dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi & membra, id est, Ecclesia Dei una, vera, germana, catholica, tenens piam fidem; non eam

Rom. 9. 7.
& 8.

quæ per elationem vel timorem, sed eam quæ per dilectionem operatur: tamen etiam filios concubinarum quando à filio suo Isaac dimisit Abraham, nonnulla eis largitus est munera, ne relinquerentur omni modo inanes, non ut tenerentur hæredes. Sic enim legimus:

Gal. 5. 6.

quæ per elationem vel timorem, sed eam quæ per dilectionem operatur: tamen etiam filios concubinarum quando à filio suo Isaac dimisit Abraham, nonnulla eis largitus est munera, ne relinquerentur omni modo inanes, non ut tenerentur hæredes. Sic enim legimus:

Gen. 25. 6.

Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, & filiis concubinarum suarum dedit Abraham munera, & dimisit eos ab Isaac filio suo. Si ergo filii sumus liberæ Jerusalem, alia dona exhæredatorum, alia intelligamus hæredum. *Hi enim hæredes sunt, quibus dicitur: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.*

CAPUT
XXIX.
Patientiæ
pauperum
Christi
merces æterna.

26. CLAMEMUS ergo spiritu caritatis, & donec veniamus ad hæreditatem, in qua semper maneamus, liberali amore simus, non servili timore ^b patientes. Clamemus, quamdiu pau-

^a Editi hoc & proximo loco, *divisit*. At MSS. constanter habent *dimisit*: juxta græcum LXX. Genes. 25. 6. καὶ ἐξαρτίσθη αὐτῷ. Hebræum verbum sonat *emisit*.

^b In omnibus propè MSS. *patientes*: sed in quibusdam

pauperes sumus, donec illa hæreditate ditemur. Magna quippe inde pignora accepimus, quod ad nos ditandos pauper factus est Christus, quo in supernas divitias exaltato, missus est qui sancta desideria nostris cordibus inspiraret Spiritus sanctus. Horum pauperum adhuc credentium, nondum contemplantium; adhuc sperantium, nondum tenentium; adhuc desiderio suspirantium, nondum felicitate regnantium; adhuc esurientium & sitientium, nondum satiatorum; horum ergo *pauperum patientia* ^{Psal. 9. 19.} *non peribit in æternum*: non quia & illic patientia erit, ubi quod toleretur non erit; sed *non peribit*, dictum est, quia infructuosa non erit. Fructum autem habebit æternum, ideo non peribit in æternum. Qui enim laborat inaniter, cum eum spes fefellerit, propter quam laborabat, meritò dicit: Perdidi tantum laborem. Quisquis verò ad sui laboris promissa pervenerit, gratulans dicit: Non perdidit laborem meum. Dicitur ergo labor non perisse, non quia manet perpetuus, sed quia non est inaniter fusus. Sic & patientia pauperum Christi, sed ditandorum hæredum Christi, non peribit in æternum: non quia & illic patienter ferre jubebimur, sed quia pro iis quæ hinc patienter pertulimus, æterna beatitudine perfruemur. Non dabit finem sempiternæ felicitati, qui donat temporalem patientiam voluntati: quia utrumque munus donatæ donatum est caritati. EPIS-

dam sic verba interpuncta sunt: *non servili timore. Patientes clamemus* &c. In editis autem cum eadem verborum interpunctione legitur: *Patienter* &c.



EPISTOLA CXXX.*

* *Avias*
CXXI. quæ
autem 130.
erat, nunc
144.

Augustinus Probæ viduæ diviti præscribit
quomodo sit orandus Deus.

AUGUSTINUS episcopus servus Christi, ser-
vorumque Christi, religiosæ famulæ Dei a
PROBÆ in Domino dominorum salutem.

Scripta an.
411. aut
412.

CAPUT I.

1. **ET** petisse te, & promississe me reco-
lens, ut de orando Deo ad te aliquid scribe-
rem, ubi tribuente ipso quem oramus, tempus
facultasque concessa est, oportuit ut debitum
meum jam jamque persolverem, & pio studio
tuo in Christi caritate servirem. Quàm me au-
tem latificaverit ipsa petitio tua, in qua cog-
novi quantam rei tantæ curam geris, verbis
explicare non possum. Quod enim majus oportuit
esse negotium viduitatis tuæ, quàm per-
sistere in oratione nocte ac die, secundùm
Apostoli admonitionem? Ille quippe ait: *Quæ
autem verè vidua est & desolata, speravit
in Domino, & persistit in oratione nocte ac
die.* Unde mirum videri potest, cum sis se-
cun-

1. Tim. 5. 5.

a In Africam ex Urbis excidio fugerat Proba cognomi-
ne Faltonia, Probi præfecti prætorio, & an. 371. consu-
lis ordinarii conjux, avia Demetriadis virginis, ipsiusque
matris Julianæ non verè mater, sed socrus ex Augusti-
no in lib. *De bono viduitatis* c. 19. necnon ex Hiero-
nymo in epist. 8. ad Demetriadem, ubi hanc Olibrio
Probæ filio natam esse significat: subinde verò genus ejus
amplissimis laudibus prosecutus ait: *Probæ illa omnium
dignitatum & cunctæ nobilitatis in orbe romano nomen il-
lustris: cujus sanctitas & in universos effusa bonitas,
etiam apud barbaros venerabilis fuit; quam trium libero-
rum Probini, Olibrii, & Probi non fatigaverunt ordinarii
consulatus &c.*

eundùm hoc sæculum nobilis, dives, tantæ-
que familiæ mater; & ideo licet vidua, non
tamen desolata; quomodo occupaverit cor
tuum præcipuèque sibi vindicaverit orandi
cura, nisi quia prudenter intelligis, quod in
hoc mundo & in hac vita nulla anima possit
esse secura.

2. Proinde qui tibi eam cogitationem de-
dit, profectò facit quod discipulis suis, non
pro seipsis, sed pro humano genere contris-
tatis, & desperantibus quemquam posse sal-
vari, posteaquam ab illo audierunt, facilius
esse camelum intrare per foramen acus, quàm
divitem in regnum cælorum; mirifica & mi-
sericordissima pollicitatione respondit, Deo
esse facile quod hominibus impossibile est.
Cui ergo facile est, ut etiam dives intret in
regnum cælorum, inspiravit tibi piam sollici-
tudinem, de qua me consulendum putasti,
quoniam modo esset tibi orandum. Ille nam-
que cum etiam hïc adhuc esset in carne, Za-
chæum divitem in regnum cælorum misit, &
resurrectione atque ascensione glorificatus,
multos postea divites impartito Spiritu sancto
fecit hujus sæculi contemptores, & finita divi-
tiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu
sic studeres orare Deum, nisi sperares in eo?
Quomodo autem sperares in eo, si sperares
in incerto divitiarum, & contemneres præcep-
tum saluberrimum, quo Apostolus ait: *Præci-
pe divitibus hujus mundi, non superbe sape-
re, neque sperare in incerto divitiarum, sed
in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abun-
danter ad fruendum; ut divites sint in ope-
ribus bonis, facile tribuant, communicent,
thesaurizent sibi fundamentum bonum in fu-
tuum, ut apprehendant veram vitam?*

Matth. 19.

Luc. 19. 9.

1. Tim. 6. 17.

DE-